BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVII^{e} SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 16[57]	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude)	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190

MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	/11/avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis)	Philosophie	1erJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233

POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André)	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	1er fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	1er fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551



PATER, Verbum, & Spiritus ſanctus; vnus Deus: ex nullo Pater, ex Patre Filius, ex vtroque Spiritus: vnde ſunt in diuinis duæ proceſſiones, altera filij, altera Spiritus Sancti; quarum proceſſionum principium quod, eſt perſona producens; principium quo remotum, natura diuina: at principia quibus proxima, intellectus, & voluntas; & iis per mentem excluſis, ſolæ relationes non ſunt principia earumdem proceſſionum; quæ cum non agnoſcant aliud principium ab illo communicationis diuinæ, non datur duplex principium proximum, alterum communicationis, alterum productionis. Arcanum Trinitatis myſterium à ſæculis abſconditum eſt, & in eius tam excellenti luce humanæ mentis acies inualida non figitur, niſi per fidei iuſtitiam vegetetur: nullus itaque intellectus creatus in quocumque ſtatu exiſtat, Trinitatem naturaliter nouit.

PROCESSIO Verbi diuini vera eſt generatio, proindéque terminus illius verè dicitur genitus; non ex eo quod accipiat à Patre naturam fœcundam, benè tamen quia eſt imago naturalis Patris, repræſentans per ſuam proprietatem perſonalem caracteres paternos; & proceſſio amoris diuini ſeu volitio ſpirans, non eſt generatio, non quia Spiritus ſanctus naturam fœcundam à Patre non accipiat, ſed ex eo quod in proprietate ipſius perſonali non repræſententur formaliter omnes proprietates Patris, & Filij: & hæc quæſtio à Theologis merito diſcutitur. Cum in Deo non ſit mutatio, nec viciſſitudinis obumbratio, proceſſio Verbi diuini non eſt generatio communiter dicta, ſcilicet mutatio de non eſſe ad eſſe, ſed eſt generatio propriè ſumpta, cuius definitio ſic ſe habet, origo viuentis à viuente &c.

SICVT in Deo ſunt duæ proceſſiones, ita etiam in eo reperiuntur quatuor originis relationes, ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, & ſpiratio paſſiua, & quidem reales, tàm ſecundum eſſe in, quàm ſecundum eſſe ad: quæ ſecundum propriam rationem dicunt perfectionem; non equidèm ſimpliciter ſimplicem, ſed ſimplicem tantum, enim vero diuinæ relationes quamuis eſſentiæ identificentur, inter ſe tamen oppoſitæ ſunt, & incompatibiles. Attributa diuina abſoluta inter ſe, & ab eſſentia, non niſi virtute diſcrepant. Cum ex Boëtio perſona dicatur naturæ rationalis indiuidua ſubſtantia, rectè in Deo præter proceſſiones, & reales relationes, ratio perſonæ admittitur, quæ conuenit Patri, Filio, & Spiritui ſancto, inter ſe realiter diſtinctis, propter mutuam oppoſitionem relatiuam.

ESSENTIA diuina ſuam habet exiſtentiam, & quidem abſolutam, cuius in communionem veniunt tres diuinæ perſonæ: & præter hanc naturæ diuinæ exiſtentiam, ſingulæ perſonæ non gaudent ſingulis relatiuis exiſtentiis, licet vnaquæquè propriam habeat ſubſiſtentiam relatiuam. Notio eſt ratio cognoſcendi vnam perſonam vt ab alia, vel alijs diſtinctam; quæ quidèm ratio quintuplex eſt, ſcilicet innaſcibilitas, paternitas, filiatio, ſpiratio actiua, & ſpiratio paſſiua; Innaſcibilitas eſt notio quæ ſignificat Patrem non habere originem ab alio; paternitas verò ſignificat Patrem eſſe principium & originem alterius, & ſic de cæteris. Diuinas conſtitui perſonas partim ex diuina natura, quæ omnibus communis eſt; partim perſonalibus ex proprietatibus quæ ſingulæ ſingulis competunt, communiter inter Theologos conuenit.

PRIMA perſona ſanctiſſimæ Trinitatis proprio nomine nuncupatur Pater, cui nomen principii eſt proprium, ſicut etiam eſſe ingenitum, modo ſumatur pro eo quod eſt omnis penitus originis ac principij expers: nomina Patris & principij duobus modis ſumuntur in diuinis; primò perſonaliter, ſecundo eſſentialiter: nomen Patris perſonaliter ſumptum, competit ſoli primæ perſonæ reſpectu Filij, ſed eſſentialiter ſumptum eſt commune tribus perſonis, & conuenit Deo reſpectu creaturarum, ita etiam nomen principii in diuinis ſumitur hoc duplici modo: etenim Pater eſt principium Filij, & Spiritus Sancti; Deus verò eſt principium creaturarum. Licet tres Diuinæ perſonæ ſint inter ſe æquales, & modo perfectiſſimo ſimiles, tamen relationes æqualitatis & ſimilitudinis in Diuinis non ſunt reales, ſed tantum rationis.

SECVNDA perſona Auguſtiſſimæ Triadis eſt Filius, qui etiam propriis nominibus nuncupatur Verbum, & imago, quique producitur ex cognitione diuinæ eſſentiæ, trium perſonarum, attributorum omnium, creaturarum poſſibilium, nec non in aliqua temporis differenria exiſtentium; vnde non modo procedit ex quidditatiuo intuitu omnium quæ ſunt in Deo formalitèr & neceſſariò, ſed etiam ex cognitione eorum quæ in ipſo continentur eminenter, ac virtualitèr: itaquè dum Pater Diuinus ſpeculatur ſuam eſſentiam, perſonas Diuinas, attributa omnia, proprietates perſonales, creaturas poſſibiles, nec non in aliqua temporis differentia exiſtentes, generat ſuum verbum; cui communicat eſſentiam, ac omnes perfectiones abſolutas quibus gaudet; & ſicut ille Pater realiter refertur ad Filium per paternitatem, ita etiam ipſe Filius ad illum per filiationem.

SICVT tria ſunt præcipua nomina perſonæ tum primæ, tum ſecundæ, ita ſunt totidem & tertiæ, ſcilicet Spiritus, amor, & donum. Spiritum ſanctum non à Patre ſolum, ſed à Filio oriri Catholicæ decretum eſt diſciplinæ; & ſi à ſolo Patre procederet, realiter à Filio non diſtingueretur, ſed ambo vna forent eademque perſona ſecundum rem; quæ ex natura diuina, & ex duabus filiationis & ſpirationis paſſiuæ relationibus, diſparatis illis equidèm, ſed non oppoſitis, adeòque virtute, non re, inter ſe diſtinctis conſtitueretur. Pater & filius vnius more principii Sanctum Spiritum ſpirant; & quamuis ſint duæ perſonæ realiter diſtinctæ, vnum tamen ſunt principium, non principia duo, ſpirator vnus, non duo ſpiratores, benè tamen duo ſpirantes: & ex eorum omnium amore Spiritus Sanctus procedit, ex quorum cognitione Filius producitur.

DVO Theologiæ oculi Sanctus Auguſtinus & Diuus Thomas ordinem inter perſonas Diuinas diſertè ſtabiliunt, non illum quidem quem celebrant Philoſophi quem ſolis illis rebus attribuunt quarum altera alterius cauſa eſt, ac metiuntur: ex eo quod pendeat à priori poſterior, ſed eum quem ſola alterius ab altero proceſſio parit, quique ea re nominatur ordo originis, hoc eſt natiuitatis ſeu proceſſionis, ratione cuius à Patre ſecundus ponitur Filius, Spirituſque Sanctus poſt Filium tertius; ita vt promiſcuè alij ante alios collocari non debeant. Tres perſonæ Diuinæ non ſolum ſunt idem realiter cum eſſentia Diuina ſed etiam ex natura rei formaliter ab illa non diſſident, bene tamen virtualiter. Actus notionales poſſunt ſumi in concreto & in abſtracto, in concreto ſunt generare & ſpirare; in abſtracto verò, generatio & ſpiratio.

DIVINARVM Circumminceſſio perſonarum eſt intima perfectaque & mutua perſonarum aliarum in aliis exiſtentia atque inhabitatio; vnde fit vt quamuis aliæ ab aliis ſine ſeparatione diſtinguantur, tamen aliæ in aliis ſine confuſione inſunt. Quamuis perſonæ Diuinæ ſint omnino æquales tamen miſſionem inter illas reperire eſt, quæ ſit proceſſio ſecundum originem ad nouum effectum, vel nouum modum exiſtendi in aliquo: alia eſt viſibilis, vt verbi diuini ad ſuam humanitatem, & Spiritus Sancti ad Chriſtum in colomba, vel in igne ad Apoſtolos; inuiſibilis altera, Verbi (ſcilicet Dei) & Spiritus Sancti ad animam iuſti: & hæ duæ perſonæ procedentes ſcilicet Filius, & Spiritus Sanctus, nunquam mittuntur niſi in donis ſanctificantibus, in charitate ſcilicet Spiritus, & Filius in Sapientia Dei, quæ ſimul cum Patre *tres ſunt quos cum vidit Abraham vnum adorauit.*

Has Theſes Deo duce, auſpice Maria, & Præſide S. M. N. ANDRÆA ABBAIL Auguſtiniano, in ſacra Facultate Pariſienſi Doctore Theologo, nec non maioris Conuentus ac Collegij Auguſtinienſium Profeſſore Primario; tueri conabitur F. HIERONYMVS LOYS Carmelita Lugdunenſis, Die 9. Februarij Anno Domini 1662. à mane ad meridiem.

IN SCHOLIS CARMELITARVM PARISIENSIVM

PRO TENTATIVA